Digitized by Google

HARVARD
DIVINITY
SCHOOL
Andover-Harvard
Theological Library

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Migne, Jacques Paul

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA CONCILII TRIDENTINI (ANNO 1545) PRO LATINIS ET CONCILII FLORENTINI (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIMA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA ; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE ; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ AB ÆVO PHOTIANO USQUE AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA :

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS EXARATA, QUOAD PRIMAM SERIEM VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, MOXVE POST PERACTOS INDICES STABIT, AC QUINQUE-VIGINTI CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALIS AMPLECTITUR, ET AD NOVEM ET CENTUM VOLUMINA PERVENIT, SED SINE INDICIBUS ; POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR. UTRAQUE VIGESIMA QUARTA DIE DECEMBRIS 1860 OMNINO APPARUERAT. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM, 326 VOLUMINIBUS PRO AMPLIORI EDITIONE ET 272 PRO MINORI ABSQUE INDICIBUS CONSTANTEM, COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRE ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEM VEL PRO SEX FRANCIS OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES SERIEBUS PATROLOGIÆ NONDUM EXCUSIS APPLICANTUR.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CX.

GEORGIUS MONACHUS, COGNOMENTO HAMARTOLUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE, EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1863

Digitized by Google

BR
60
.M38
!. 110

Digitized by Google

SÆCULUM X. ANNUS 914.

ΧΡΟΝΙΚΟΝ

ΣΥΝΤΟΜΟΝ

ΕΚ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΧΡΟΝΟΓΡΑΦΩΝ ΤΕ ΚΑΙ ΕΞΗΓΗΤΩΝ

ΣΥΛΛΕΓΕΝ ΚΑΙ ΣΥΝΤΕΘΕΝ

ΥΠΟ

ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ

ΤΟΥ ΕΠΙΚΛΗΘΕΝ

ΑΜΑΡΤΩΛΟΥ.

CHRONICON BREVE

QUOD EX VARIIS CHRONOGRAPHIS ET EXPOSITORIBUS DECERPSIT CONCINNAVITQUE

GEORGIUS MONACHUS

COGNOMINE

HAMARTOLUS.

PRIMUS AD FIDEM CODICIS MOSQUENSIS, ADJECTA PASSIM VARIETATE RELIQUORUM CODICUM, NEC NON LEONIS GRAMMATICI ET CEDRENI, ET ANNOTATIS LOCIS S. SCRIPTURÆ, PATRUM ECCLESIASTICORUM ET CÆTERORUM SCRIPTORUM LAUDATIS, ANNISQUE ANTE ET POST CHRISTUM NATUM IN MARGINE ADSCRIPTIS, GRÆCE EDIDIT

EDUARDUS DE MURALTO.

EDITIO PARISIENSIS JUXTA EDITIONEM PRINCIPEM, ADJECTA LATINA INTERPRETATIONE, TYPIS REPETITA

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSI,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

VENIT 10 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1863

Digitized by Google

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CX CONTINENTUR.

GEORGIUS MONACHUS, COGNOMENTO *HAMARTOLUS.*

Prolegomena. 1° De Georgio monacho et de continuatoribus ejus et exscriptoribus; 2° de codicibus. col. 9

Chronicum breve, ab orbe condito ad annum post Christum natum 840 et a diversis scriptoribus ad annum usque 1143 continuatum. Ex editione Petropolitana principe quam anno 1859 procuravit vir doctus Eduardus de Muralto, qui, pro sua humanitate, nobis ut in Patrologia nostra locum obtineret potestatem fecit. 41

PHILADELPHIA
DIVINITY SCHOOL

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.

Digitized by Google

PROLEGOMENA.

CAPUT PRIMUM.

De Georgio monacho dicto Hamartolo et de continuatoribus ejusdem et exscriptoribus.

[I-V*] § 1. Constantinus jam Porphyrogennetus hanc Georgii monachi Chronographiam *excerpsit* in codice Vaticano N. 1418, p. 175; cujus verba de Chosroe p. 565 editionis nostræ inveniuntur conferenda cum illis quæ p. XXIII (col. 26) illo e codice exscripsimus. Alterum fragmentum a Porphyrogenneto e Vita Leonis Isauri in codice Vaticano 1246 f. 40 laudatum vide p. 629 editionis hujus in qua solum adjectivum Ἀτραμιτινὸν desideratur.

Georgii loci a Glyca laudati in nostro libro primo et in secundo c. 14 diserte leguntur; non vero Georgii Syncelli sunt, qui Kaini uxorem p. 14 *Assuam* vocat, non *Azuram* ut Glycas Georgium secutus p. 221; idem p. 223 dicit : Ὁ δὲ Γεώργιος οἰκτρῷ θανάτῳ τελευτῆσαι τὸν Κάϊν φησίν, Syncellus vero 19 : Κάϊν ἀπέθανεν ἐμπεσόντος ἐπ' αὐτὸν οἴκου ' sed Georgius noster p. 5 et hanc et deteriorem mortem refert, scl. ab ipso filio Kaini illatam. Glycas p. 294 jejunium e Georgio memorat Moysis octoginta dierum continuorum, quod chronographus monasticus primus calculaverat p. 85, cum Syncellus p. 255 duas tantum quadragesimas, sed inter se distinctas habeat.

[VI] § 2. Scriptor ipse se *monachum* pluries significat (cc. CXVIII, CXIX, CLXXV, CLXXX, 3, CXCI, 3, 10, CXCIV, 3, CXCV, 5, CXCVIII, 7, 9, 10, CC, 3, 4, 19, CCV, 9-12, CCVIII, 4-7, CCXXV, 6, CCXXVI, nota, CCXXXII, 9, CCXXXIII, 2, CCLI-CCLIII, 32, CCLIV, 1, CCLVI, 1, CCLIX, 14, CCLXVIII, 3, et quidem *deserti Nitritici* (CXCIV, 3).

§ 3. *Alexandrinus* fuit Georgius monachus aut Alexandrinum scriptorem ante omnes consuluit, si mentionem hujus urbis et Ægypti sæpius cæteris omnibus factam consideras (ex. gr. cc. C, CLXXV, CLXXXIII, CXCVIII, CC, CCV, 12, CCXXIII, 11, CCXXV, CCXXVI, 5, CCXXX). Certe Constantinopolitanus non fuit, cum contra Constantinopolitanorum Cæsareo-papismum et iconoclasiam consensum orbis Christiani in testimonium afferat c. CCLXII, 26, quamvis urbem regiam ad idolorum et monachorum cultum ** reversam c. CCLXIII, 5 Theupolin nominet.

§ 4. *In Præfatione*, cujus formula introductoria, Οἱ ἔξω κτλ. pp. 76, 346 et 469, de scriptoribus sæcularibus a chronographo Christiano repetitur, monachus noster vel, ut ipse e more inter viros ecclesiasticos usitato se nuncupat (4, 8), ὁ Ἁμαρτωλός, promittit se opus suum quatuor libris absoluturum, quorum ultimus imperatores Christianos exhibeat inde a primo Constantino *usque* ad ultimum (τελευταίου, cf. p. 223), quem scriptor noverat Michaelem III, vel potius usque ad *restitutum monachorum ordinem* (p. 2), *et imaginum cultum* a concilio anni 842 *iterum stabilitum*.

Hic orthodoxiæ restauratæ annus terminus non solum, sed etiam finis conscribendæ historiæ Georgio monacho fuit, sicut apparet e capitibus CCXLII, 13, CCXLVIII, 10-13, 15, CCLXII, 18.

§ 5. Ipse vero *haud diu post hæc tempora scripsit*, quod colligere licet 1° ex eo quod scriptor Græcus *Romanam Ecclesiam* præ Orientali ab Iconoclastis corruptam *extulit*, et quidem talem in modum qui tempore Photiano (inde ab a. 854) vel, Ecclesia Orientali cum Romana dimicante, cogitari amplius nequit. Confer etiam p. 276 traditiones Romanas a Græcis diversas, sed ideo minime [VII] improbatas; 2° quod p. 634 *litterarum studium sub Michaele et Theodora renovatum* esse dicitur, quæ laus jam Michaeli inde ab a. 856 sine matre regnanti amplius non conveniebat. 3° Vindobonensis tantum præfatio, a manu recenti restaurata, cum versionibus Slavonicis τελευτήσαντος pro τελευταίου habet; unde Hodius (in præfatione ad Malelam p. LXXV ed. Bonnensis) aliique conjecerunt, opus quod in a. 842 desierit, non esse ejusdem scriptoris qui usque ad Michaelis mortem, scl. usque ad a. 868 progredi voluisset. Quæ conjectura cum nullo alio quam lectionis Vindobonensis et Slavonicæ fundamento nitatur contra optimorum codicum lectionem, 4° etiam *clausulæ* antiquissimæ Coislinianæ (134), Palatinæ et Mosquensi repugnat, quæ post relatam synodum anni 842 adnotat : Ἕως ὧδε τοῦ Γεωργίου, ἀπὸ τοῦδε τοῦ Λογοθέτου (p. 721). Quod si vero in fine libri quinti (p. 851) legitur, Τετέλεσται καὶ τὰ τοῦ Λογοθέτου, inde sequitur hunc solum librum, non vero IV priores Logothetæ esse, cujus relatio eodem

* Paginæ editionis Petropolitanæ hic numeris Romanis inclusis, at in textu Græco Arabicis grandioribus repræsentantur. Sciat autem Lector, lineas non a b initio columnæ nostræ, sed inde a cifra grandiori computandas esse.

** Verba viri docti et de nobis bene meriti non mutamus, sed nostra non facimus. Edit. Patr.

Digitized by Google

modo finem habere dicitur, quo Georgii finis indicatur. 5° *Antiquissimus omnium codicum*, Coislinianus 310, sæculi x, sicut et Parisienses 1705 et 1706, præter quatuor libros in a. 842 desinentes nihil omnino habent, atque solus qui usque Michaelis III ad mortem produci dicitur Oxoniensis, continuatorem cum cæteris codicibus exhibet. — 6° Notandum est *in enarrandis rebus a Leone Armeno* (813-820), *Michaele II* (820-829) *et Theophilo* (829-842) *gestis* scriptorem *maxime diffusum* esse; in Vitis imperatorum præcedentium, quorum æqualis non fuit, multo breviorem. Cl. quidem longam *de originibus monasticis* digressionem (p. 242, 268), tempore Iconomachorum et quidem post Constantinum Copronymum scriptam, qui monachos utpote imaginum acerrimos defensores haud minus impugnasse dicitur quam ipsas imagines; ejus vero ultimos in annos (763-775) plura cadunt quorum traditionem paternam potius quam sui ipsius testimonium scriptor affert (c. CCXLIII, 34-40). 7° *Theophili* autem *æqualem* fuisse colligi poterit e c. CCXXIV, 16. — 8° Idolorum gentilium cultum, quem hellenismum vocat, cum sæpius refutasset Georgius (cc. IV-VIII, CXCI, CC, CCXXVII, 18, CCXXXV, 13, 14, CCXLVIII, 10), eo acrius [VIII] imaginum Christianarum cultum defendit (c. CXV, CXCI, CCXXVI, CCXLVIII, CCLIII, CCLXII). Unde efficitur eum hæc scripsisse *qui vix triumphantes imagines viderit* earumque alteram eversionem omnibus modis prohibendam sibi proposuerit.

§ 6. Ipse se *tractatum de Paulicianis* scripsisse profitetur (c. CCXXXVIII, 14, 48), e quo relationem iisdem de sectariis Vitæ Pogonati inseruit. Hæc autem et quæ de Manete retulit Georgius C, CLXII, Petrus Siculus, qui de Paulicianis circa a. 870 scripsit, repetiisse videtur pp. 36-66, 16-18 et 30 editionis Raderianæ Ingolstadii 1604.

§ 7. Præter *libros a Georgio excerptos*, editos et ineditos, quos auctorum tabula recensebit, sed quorum nullus Nicephorum († 829) excedit, chronographus noster usus esse videtur scriptis ab ipso diserte non laudatis, ex. gr. c. XCIV, 3, ubi testis oculatus anni 370 loquitur, c. CXXVIII ubi quingentos tantum annos inde ab Adriano imperatore elapsos enumerat alius scriptor.

§ 8. Quod vero *scriptoris indolem* attinet, in iis, quæ quinto libro et sequentibus leguntur 1° nulla *loca bibliorum*, *Patrum* ecclesiasticorum aliorumque *usque ad Nicephorum* († 829) *scriptorum* laudata inveniuntur quæ ubique IV *primis in libris* obvia sunt, sicut jam auctorum index ostendet; neque post a. 843 inveniuntur *paræneses* illæ dogmaticæ, polemicæ et morales, quas ipse Georgius nominat digressiones (p. 51, 131, 150, 206, 253, 285, 327, 329, 332, 336, 357, 362, 369, 415, 420, 430, 436, 482, 485, 541, 548, 572, 581, 591, 597, 598, 604, 640, 643, 677, 686, 689, 692, 694, 708, 710). Deest inde a quinto libro illa *enumerandi methodus* in argumentando a Georgio sæpius adhibita (p. 6, 82, 124, 137, 232, 304, 362, 527, 607). Sunt *alia plura* quæ *scriptorem omnium quatuor priorum librorum eumdem* esse evincant; v. c. eadem *de barbarorum virtutibus et moribus* referuntur (p. 26 et 264); *reges Christiani cum Judaicis* vel eorum inimicis [IX] ex. gr. Senacherimo sæpius *conferuntur* (p. 680, 684, 695); *eadem Scripturæ sacræ loca* laudantur (p. 338, 375, 589, 698, 720, 322, 680, 695, 709); idem denique *mos verborum argumentandi* (p. 2, 300, 595, 611, 644, 649, 654, 662, 683, 685, 686, 689, 699, 702, 707, 708). — 2° Altera ex parte *notæ chronologicæ Symeonis* (747, 761, 788, etc.) *et etymologicæ* quatuor primis in libris prorsus desiderantur. Omnia quæ Georgii vocari possint chronologica, sunt ea quæ pp. 279, 510, 611, 637, 638, 659, 661, 671, 674, 680, 701 inveniuntur; quin imo res ab ipso relatæ sæpius *contra omnem temporum ordinem dispositæ* sunt (p. 612, 674, 678). Quæ vero in ed. Parisiensi inde ab a. 813 leguntur notæ chronologicæ, cum nec in Coislinianis codicibus nec in Mosquensi inveniantur, e codice Regio recentiore adjunctæ, Georgio non sunt attribuendæ. Præterea *totus sermonis tenor* inde a quinto libro alius est, scilicet magis barbarizans et latinizans, quod glossarium in fine adjunctum luculenter ostendet. Sunt et *in rebus discrimina*, ex. gr. Logotheta p. 724 Michaelem II nominat Rangaben, non Curopalaten, ut fecerat Georgius; ad a. 813 Symeon facit *Crummum* in Bulgariam revertentem, non vero tentoria sua ante urbem figentem, ut Georgius de Crumo refert; Logotheta captivos Macedones trans Danubium, et non Danubii in ripis, collocat sicut Hamartolus: de Cordule multa attingit ille quæ narrasse perhibet in Vita Theophili, de quibus in Georgio æque ac in Symeone edito (breviario ejus quod ipse Logotheta scripserat chronici) altum est silentium; sed inveniuntur hæc in Continuatore (c. 5-9), qui eodem e Symeone sua videtur hausisse. Similiter de Baldimere, patre Symeonis Bulgari et cæteris, quæ monachi non intererant, sed ejus qui dynastiæ Macedonicæ æqualis fuit et muneribus functus, ut Logotheta, apud illum nulla est mentio. Denique inde a quinto libro, sicut e farragine variarum lectionum patebit, *discrimen codicum longe majus est* quam in primis [X] quatuor libris qui ejusdem sunt scriptoris, sequentes vero variæ Logothetæ epitomæ.

§ 9. Codicum XXV, qui hucusque innotuerunt hujus chronographi, *variæ lectiones* nec plures nec graviores sunt nec inter sese magis discrepant quam cæteris in scriptoribus sæpius descriptis evenire solet, vel *librariorum incuria* vel eorumdem *augendi et emendandi studio*, qui nunc lineas integras ex homoioteleuto omittunt (quod et in typographiis quotidie accidere solet), nunc glossas marginales in textum recipiunt. Hoc vero et in Leone Grammatico et Cedreno, Georgii descriptoribus vel epitomatoribus et Coisl. 305 factum sæpius inveniemus, collatis ex. gr. pp. 461, 598, 499 editionis nostræ.

Codicum autem *Coislinianorum* 310 et 305 lectiones variæ ad annos 813-842 notatæ, illorum qui hos

Digitized by Google

codices descripserunt *exornandi studium*, non vero alium chronographum quam qui cæteris in codicibus invenitur, arguunt.

Quod si *in vitis trium primorum imperatorum Christianorum* enarrandis majorem in modum quam in cæteris discrepant inter se codices Mosquensis, Vindobonenses duo, Monacensis uterque et Venetianus, neque id alium scriptorem fuisse demonstrat, sed potius *eumdem* hæc, quæ ei maximi momenti erant, Christianæ politiæ initia (2,25) *sæpius retractasse*.

Venetianus denique totam primi et secundi libri materiam paginis sex *coarctavit*.

Cæterorum quotquot loca exscripta habere potuimus codicum lectio cum Mosquensi adeo consentit, ut quamvis diversis ascribantur auctoribus, *ejusdem* tamen *Georgii fuisse* colligendum sit. Quod *ex ipsa lectionis varietate* apparebit, scilicet 1° antiquissimi codicis Coisliniani 310 in Vitis Copronymi et sequentium imperatorum usque ad initia Michaelis III; 2° Coisliniani 305 in Vitis Tiberii, Caligulæ, Neronis et Constantini Magni atque in locis ex omnibus quatuor libris a Montfauconio laudatis, nec non pp. 427-432; 3° Coisliniani 134 et editionis a Combefisio Parisiensibus e codicibus [XI] paratæ in Leone III et seqq. ad quam Hasius lectiones hujus codicis Coisliniani usque ad p. 720 editionis nostræ excurrentis adnotavit; 4° Ambrosiani p. 1-4; 375, 399; 476-496. 5° Vaticani 154 p. 4, 19-27, 6; 6° Vat. 153 a. 842-948; 7° et 8° Parisiensium 1705 et 1706; 9° et 10° Barocciani utriusque; 11° Oxoniensis p. 7, 6-65, 2; 12° et 13° Monacensis utriusque, et 14° et 15° Vindobonensis utriusque in Vitis Constantini M., Constantis, Juliani, in Heraclio et Heracleona, Stauracio et Michaele III. Præterea *præfationem* Vaticanam et Coislinianam 305 cum Ambrosiana, Monacensi, Augustana, Vindobonensi utraque et *Lipsiensi*, quæ eam truncam eodem ex exemplari repetierunt, nec non cum Lipsiensi paginas 564-587 *conferre* potuimus. Denique ea quæ Glycas e Georgio et quæ *versiones Slavonicæ* variis in locis laudatæ afferunt, et hæc in Mosquensi codice fere omnia reperiuntur.

§ 10. Quod si *rubricæ* in codice Mosquensi haud omnes inveniuntur quæ in tabula codici Monacensi secundo præmissa habentur, hoc e defectu neutiquam colligi potest scriptorem alium ab hoc codice et alium ab illo repræsentari; sed hoc tantummodo inde sequi videtur, rubricas has quæ *diversæ* etiam Parisiensibus in codicibus et in Vindobonensibus nec non in Vaticanis reperiuntur, non ab ipso scriptore, verum a descriptoribus vel librariis (ut Mediceo et Mosquensi) in margine ascriptas et recentioribus in codicibus tabulæ in formam conscriptas esse.

§ 11. *Quintus* vero liber, qui ab anno 842 ad a. 945 extenditur, sed ab auctore scriptus qui Romano I (917-945) coætaneus fuit (cf. p. 857 et 847, ὡς οἱ νῦν σοφοὶ), et certe a. 959 adhuc vivebat, cum Porphyrogenneti annos enumeret, scilicet a Symeone Logotheta inde ab anno 904 noto (p. 785); et *sextus* qui continuationem ulteriorem ad a. 1071 ejusdem Logothetæ operi adjunctam exhibet, magna varietate in diversis quos habemus codicibus, inter se discrepant; videntur igitur *variæ illius chronographi epitomæ* a pluribus factæ *diversis Georgii codicibus adjunctæ* esse; nam nonnulli ex his cum libro qui nunc Symeonis Logothetæ sub nomine fertur, et qui ipse tantummodo epitomen hujus scriptoris [XII] præbet, sæpius concordant quam alii Georgii codices. Ex. gr. Vaticanus 153 cum versionibus Slavonicis *contra* reliquos codices Græcos consentit. Confer varias lectiones in capite primo Vitæ Michaelis III et p. 849, ubi ipse scriptor ampliora promittit, quæ in solo Continuatore c. 4 Vitæ Constantini Porphyrogenneti reperiuntur. Interdum vero continuator Georgii editus, qui et in codice Mosquensi invenitur, cum Symeone contra Vaticanum consentit. Cf. in Vita Basilii c. 2; in Leone ejus filio c. 35 τοῦτο codicis Mosquensis p. 788 a Symeone edito explicatur τὴν τετραγαμίαν, a codice Vaticano τὴν ἱερωσύνην. Sed ubique *idem rerum ordo* observatur, eadem series chronologica, cum *amplitudine* tantum excerpta inter se *differant*, et Symeon editus plerumque brevior sit verbis, sed notis chronologicis instructior. Symeon editus in Constantino P. c. 8 matrem ejus Zoen memorat ab Alexandro e palatio ejectam, qua de re in Vita Alexandri edita nihil legitur. Similiter Symeon editus Romani I in Vita c. 50 de mense *aliquo* loquitur tanquam jam nominato; sed c. 49 de Decembre sermo fuerat, non de Augusto, qui apud cæteros scriptores h. l. invenitur; unde sequitur in Symeone edito plura omissa esse. In c. 58 *epitomator Symeonis* (non vero continuator ejusdem inde ab a. 945 vel 949) ostendit se *multo recentiorem* rebus a. 944 narratis (ὡς οἱ νῦν σοφοὶ), sed historiam suam sicut Leo Grammaticus qui a. 1013 scripsit, haud amplius quam usque ad dynastiam Porphyrogenneti post Lecapeni ejusque filiorum decessum (948) denuo firmiter stabilitam perducere voluerat, cum continuator Theophanis usque ad a. 963 et Symeon continuatus usque ad a. 962 excurrant. Symeonis ætas jam inde colligitur quod p. 747 et 750 ad annos 866 et 867 plures viri a filiis eorum, tempore scriptoris (c. a. 900) notis designantur, et quod p. 755 Theophylactus Abastactus tanquam pater Romani imperatoris (inde ab a. 920) memoratur. Cf. 763 cum 770 de Constantino et Zoe simul regnantibus (913-920).

§ 12. *Sextus liber* inde a p. 858 continuationem exhibet, quæ in codicibus Parisiensi 1708 et Marciano 608 legitur; in hoc [XIII] quidem ab a. 945 ad a. 1078 tantum et quidem inde ab a. 963 brevissimam, Vitas patriarcharum potius describentem quam imperatorum. Quam ob rem eam, quamvis antiquior sit, ampliori continuationi codicis Parisiensis, tum e Zonara petitæ, tum recentiori idiomate scriptæ subjiciendam esse duximus.

§ 13. *Septimus* liber de creatione e Symeone et *octavus* liber ad annum 1143 continuatus in nostro

Digitized by Google

codice inveniuntur solo; sed interpres Slavonicus partem octavi libri nostri, quæ ad a. 842 extenditur, eodem modo operi suo tanquam appendicem adjunxit.

§ 14. Cedrenus, qui usque ad a. 1057 scripsit, et Leo Grammaticus, qui a. 1013 chronographiam suam absolvit usque ad a. 948 perductam, plerumque epitomen tantum Georgii et continuatorum ejus exhibent. Quod vero de Leone dictum est, idem et de Julio Polydeuce et Theodosio Melitino valet. Ex. gr. fabula de vulnerato et musca, quam Georgius CXIV, 2, enarrat, ab his scriptoribus nonnisi paucis verbis tangitur. Similiter iidem totum tractatum de rebus post mortem eventuris vitæ Constantini, Heraclii filii, a nostro c. CCXXXII insertum omittunt, nec non quod ille de clade ejusdem Constantis refert CCXXXIII, 4, et plura de Palæstina CCXXXVI, 6, 9. Sed alibi Cedrenus amplior est quam Georgius, ex. gr. c. CXV, 2, in epistola Christi ad Abgarum, CLXXVII et CLXXIX in Actis S. Silvestri, CCXXXIV, 6-10 in morte Constantis f. Heraclii, CCXXXV in vita Mohammedis, ubi tamen § 12 duas integras lineas Cedrenus ex homoioteleuto omisisse deprehenditur; propria eidem sunt præterea quæ ad CCXXXVII, 3, de fratribus Pogonati apposuimus; CCXXXIX, 1, de imaginum cultu; 2, de oppugnatione CP.; 8, de Bulgarorum incursione; CCXL de Mardaitis, CCXLII de Justiniani II reditu usque ad Artemium. Inde a Michaele I nimium variat Cedrenus a Georgio quam ut cum eo amplius conferri possit; quare varietati illius sub textu adnotandæ exinde locus non erat, ubi alios scriptores præter Georgium nostrum secutus esse videtur. Leo Grammaticus vero, ejusdemque farinæ scriptores Julius Polydeuces (P.) et Theodosius (Th.) puri et puti exscriptores Georgii [XIV] esse videntur, cum proprii nihil habeant, sed brevioribus tantum verbis et communibus utantur, ubi chronographus noster longior vel diffusior vel obscurior iisdem videretur. Quare varietatem harum epitomarum paucis in locis, qui corrupti habendi sunt, adnotavimus. Leo corrigendus est e Georgio, cum compendia scripturæ ab editore Leonis sæpius perperam resoluta sint. Cf. in Vita Romani I § 37, p. 846, et in f. 851, προτελευτᾷ pro Πρώ(τῃ)τελευτᾷ.

§ 15. Itacismi *errores* in codice nostro obvios tacite emendavimus, et quæ sensum turbabant, v. c. p. 142, 151, 160, conjecturis in textum receptis pro viribus sanare studuimus, codicis tamen lectione in margine inferiore annotata; cætera iis qui aliorum codicum ope frui poterunt, emendanda reliquimus. Alias conjecturas quæ ad sensum eliciendum minus necessariæ videbantur, in farraginem lectionum relegavimus; similiterque solœcismis, quibus scriptores Byzantini hujus ætatis referti sunt, emendandis, scilicet participio relativo in absolutum mutando (ut p. 8, 23, 15, 117, 118, 120, 151, 154, 448, 478, 489, 502, 507, 518, 541, 551, 556, 562, 571, 589, nota, 590, 500, 613, 635, 638, 645, 697, 719, apparet) supersedimus; nam ætatis jam sunt vitia et scriptoris, non descriptoris aut codicis, ut et formæ θυγατέραν, Δίαν, etc., in scriptoribus quoque ecclesiasticis obviæ. Confer etiam πλὴν adverbialiter usurpatum p. 109 et 118, appositionem alio casu positam 474, 622, 653, anacolutha 676, 688.

§ 16. Quæ *uncis* [ ] *inclusa* sunt, in codice nostro, excidisse videntur librarii incuria, atque e Cedreno, Leone vel aliis e codicibus Georgii suppleta sunt, quotquot nobis præsto erant.

Quæ *signis parenthesium* ( ) continentur, a Cedreno omissa sunt.

A. = codex Ambrosianus.
[XV] *Ath.* = Athanasius.
B. = Basilius Magnus.
Bar. 1, 2 = codices Barocciani
C. = Coislinianus codex 154.
Ced. = Cedrenus.
Chr. = Chrysostomus.
Coisl. 310 et 305 = Coisliniani codices 310 et 305.
Cod. = codex Mosquensis.
Const. Constitutiones apostolorum.
Cont. = Continuator Theophanis.
Cyr. = Cyrillus.
D. = Dionysius Areopagita.
Ep. = Epiphanius.
Gr. = Gregorius.
Hom. = Homiliæ Pseudo-Clementis Romani.
Jos. = Josephus Flavius.
Is. = Isidorus.
L. = Leo Grammaticus.
Lips. = codex Lipsiensis.
M. = Maximus Confessor.
M. 1, 2 vel *Mon.* 1, 2. = codices Monacenses 1 et 2.
O = codex Oxoniensis.
P. = editio Parisiensis, invito, ut Hasius testatur, codice Par. 1705.
Pal. = codex Palatinus.
Par. = codices Parisienses 1704 — 1708, præcipue Regius 1705.
P. et *Pol.* = Polydeuces, edd. Bianconi et Hardtius.
R. = Regum libri.
Th. = Theodosius Melitinus, cujus lectiones variantes exscripsit doctissimus vir G. L. Fr. Tafel.
V. = 1, 2 codices Vindobonenses 1 et 2.
Vat. = codices Vaticani 154 et 153, præcipue prior.
Ven. = codex Venetus.

Digitized by Google

[XVI] CAPUT II.

De codicibus.

SÆCULI X.

1. *Coisl.* 310. « Coislinianus 310, olim 302, membranaceus, X S., foliorum 259, quorum sex [septem, secundum E. Millerum] prima et quatuor ultima bombycina, ex libro quodam Officii [ecclesiastici, Miller] excerpta sunt. Fuit olim lauræ S. Athanasii in monte Atho, [f. 8ᵃ, ubi] manu recentiore scribitur Ἱστορία Γεωργίου μοναχοῦ, sed nomen ejus prima manu exaratum non reperitur; at sive erasum sive nunquam positum fuerit, *hoc chronicon idem ipsum est quod habetur codice* 305. Sed in hoc ms. [initio scilicet *deficiente*] Prologus — non habetur, in quo dicitur Georgius scripsisse Chronicon suum tempore Michaelis — qui imperare cœpit a. 842. Et sane Chronicon *ad usque inchoatum Michaelis et Theodoræ imperium continuatur.* Omisso itaque prologo titulus sic se habet f. 8ᵒ: Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τῆς γενέσεως. Αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως ἀνθρώπων ἧ ἡμέρᾳ ἔπλασεν, κτλ. [p. 4, 12]. In principio historiæ statim de regnis Assyriorum, Persarum, Ægyptiorum et Græcorum agit, ubi multa de Alexandro Magno fabulis plena [liber primus]. Postea vero resumit a rebus Hebræorum usque ad Christum [liber secundus]. Demum sequitur Augustorum [liber tertius], imperatorumque [Christianorum, liber quartus] historia usque ad Michaelem Theophili filium. Hic scriptor excurrit sæpe multaque admiscet ad rem non pertinentia de astrologia, de magia, de deorum origine et nominibus [scilicet ut discrimen inter idololatriam et imaginum cultum Christianum demonstraret]. Non pauca loca affert ex Josepho et Chrysostomo et aliis. » — Sic Montfaucon in *Bibliotheca Coisliniana*, p. 425. Doctissimus vir Em. Miller, qui varias lectiones a textu Bonnensi (p. 763 — 814) 4, nostrum in usum amicissime notavit, hanc post verbum ἀλάστορος (p. 720, 17) clausulam invenit: Τέλος ἐνταῦθα τοῦ χρονικοῦ βιβλίου. Lectiones illæ sub textu codicis Mosquensis a nobis exscriptæ satis superque cuique eas conferenti ostendent *textum* Coislinianum pluribus in locis jam esse *emendatum* et quidem ab illo, qui codicem hunc descripsit; nam melior hæc lectio in deteriorem vulgatam mutata esse non potest, si ab antiquo in Georgio aderat, nec sola incuria librariorum lectio vulgata explicari potest c. CCXII, 19—24, ubi argutiæ sermonis et lusus vocabulorum secundam demonstrant redactionem vel potius locorum quorumdam variationem exornandi gratiæ susceptam.

SÆCULI XI.

2 *Coisl.* 305. Codex Coislinianus « 305, olim 66, membranaceus, X vel XI S., foliorum 340, initio [scilicet duobus primis foliis secundum Millerum] et aliis locis recentiore manu restauratus. » 1ᵇ Χρονικὸν σύντομον ἐκ διαφόρων χρονογράφων τε καὶ ἐξηγητῶν, συλλεγὲν καὶ συντεθὲν ὑπὸ Γεωργίου Ἀμαρτωλοῦ μοναχοῦ. Πρόλογος χρονικῆς ἱστορίας. Πολλοὶ [omisso μὲν] τῶν ἔξω φιλολόγων καὶ χρονογράφοι ἱστορικοί τε καὶ ποιηταὶ καὶ χρονογράφοι τὰς — εὐθύς τε Κωνσταντῖνον τὸν, a secunda manu; 3ᵃ: εὐσεβέστατον καὶ πρῶτον βασιλέα τῶν Χριστιανῶν καὶ τοὺς καθεξῆς [XVII] ἕως τοῦ τελευταίου Μιχαὴλ, κ. τ. λ. a prima manu, sicut nostrum in usum annotavit Emmanuel Millerus, vel secundum Montfauconium in descriptione *Bibliothecæ Coisliniane*: « Tres priores prologi paginæ altera longeque recentiore manu scriptæ sunt. » — « Initium chronici f. 3 [ᵇ] sic se habet: Βίβλος γενέσεως ἀνθρώπων ἧ ἡμέρᾳ ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν αὐτοῦ. Ὁ δὲ Ἀδὰμ ἐγέννησεν υἱοὺς γ' καὶ θυγατέρας β', τὸν Καΐν, καὶ τὸν Ἄβελ, καὶ τὸν Σήθ, καὶ τὴν Ἀζούραν, καὶ τὴν Ἀσουάμ. Sic persæpe nugatur [p. 4, 22 etc.] Deorum origines novas comminiscitur [p. 7, 5]: longas Patrum lacinias Basilii [9 locos], Chrysostomi [26 locos] et aliorum interserit; » — « f. 4ᵇ, ubi de Caini pœna agitur, locus Basilii describitur unius atque dimidiæ paginæ [6, 4-27]; 16ᵇ locus Cæsarii fratris S. Gregorii Nazianzeni de variarum gentium legibus, unius paginæ [26, 28]; f. 21 ex Chrysostomo paginæ duæ de Noe et diluvio [35]; f. 24ᵇ ex Athanasio *Contra gentes* paginæ octo, imo plures [41, 42]. Postea agitur de origine deque variis auguriorum et ominum nominibus [42, 53, non ex Athanasio, sed e Theodoreto p. 52, nam signa (‹›) locorum laudatorum præter S. Scripturæ antea in codice Mosquensi non sunt]; f. 39ᵃ ex Cyrillo *Contra Julianum* paginæ quinque [63, 31?; nam signa (‹›) in textu Mosquensi h. l. desunt]; f. 43ᵇ ex Clemente Romano quædam [66]; f. 44 ex Josepho quædam [66, 25 sine signis]; f. 47 ex Cyrillo circa Melchisedecum [71, 11? sine signis]; f. 47ᵇ ex Marco divino viro et Chrysostomi discipulo circa Melchisedecum [72]; f. 59 ex Eusebio ἐν τοῖς χρονικοῖς κανόσι. Locus sic incipit: Οἱ οὖν Ἰουδαῖοι τὴν τοῦ ἔτους νεομηνείαν τοῦ παρ' αὐτοῖς λεγομένου Νισάν. Unius paginæ locus [91], f. 61ᵇ ex S. Basilio Magno pagina cum dimidia [99, 100]; f. 66 ex Chrysostomo circa Josue paginæ duæ [101, 102]; f, 73 ex Chrysostomo multa circa Heli sacerdotem [113, 115]; f. 79 ex Theodoreto quædam circa Davidem [127, sine signis]; f. 92ᵇ ex Josepho quædam de Salomone et de regina Saba [133, 141, 142]; f. 94 ait Salomonem mortuum esse quo tempore Homerus et Hesiodus florebant [117 Nota, scholion codicis Mosquensis a Cedreno et Coisliniano 305 huc translatum]; ex Theodoreto quædam de Roboamo [145]; f. 95 ex Basilio ad monachum lapsum paginæ tres [147, 148, et sine signis 149]; f. 100 ex apostolicis Constitutionibus pagina una [155, 156]; f. 102ᵇ ex Chrysostomo multa de angelis et archangelis [160, 8, sine signis]; f. 112ᵇ ex Gregorio Magno (i. e., ut puto, Nazianzeno) de captivitate Babylonica duæ paginæ [177, 179]; f. 115 ex

Digitized by Google

Theodoreto paginæ duæ [185, 185]; f. 117 ex Anastasio Antiocheno [186, 187]; f. 127 ex Basilio Magno non pauca [203, vel potius 204]; f. 134 Chrysostomus in Danielem, ex quo afferuntur aliquot paginæ [218]; f. 142b ex Chrysostomo de resurrectione et de die Dominica tres quatuorve paginæ [230, sine signis]; f. 147b Josephi testimonia de Jo. B. et de Christo [240]; f. 148 ex Chrysostomo quædam [240, 241]; f. 149 locus Eusebii Pamphili de Therapeutis septem octove paginarum [242, 248, sine signis]; f. 153b Dionysius Areopagita de monachis [250, 251, sine signis]; f. 154b Basilius Cæsar. de monachis, longissimus locus [252, 253, sine signis]; f. 168b V. ex Clemente Romano de Simone mago multa [270, 274]; f. 173b Visio Jacobi fratris Domini [279, 19?]; f. 182 ex Chrysostomo paginæ fere duæ [299, 300]; f. 184b ex Chrysostomo paginæ aliquot ex Commentario, ut videtur, in Danielem [303, 304]; f. 200 ex Patricio episcopo Προύσης (sic) responsio ad Judicem [329, 333, sine signis]; f. 204 *quædam ex Origene in Matthæum* [οὕτω δὲ καὶ ὁ πολυμαθὴς Ὠριγένης ἐν τῇ κατὰ Ματθαῖον ἑρμηνείᾳ διαβεβαιοῦται ὡς ὅτι μεμαρτύρηκεν [XVIII] Ἰωάννης ἐκ τῶν διαδόχων — (Παπίας?) ἐν τῷ β' λόγῳ τῶν Κυριακῶν λογίων φάσκει ὅτι ὑπὸ Ἰουδαίων ἀνῃρέθη, πληρώσας δηλαδὴ μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ τὴν τοῦ Χριστοῦ περὶ αὐτῶν πρόῤῥησιν καὶ τὴν ἑαυτῶν ὁμολογίαν περὶ τούτου καὶ συγκατάθεσιν· εἰπὼν γὰρ ὁ Κύριος πρὸς αὐτούς· « Δύνασθε πιεῖν, » κ. τ. λ. — et ex Eusebii Historia ecclesiastica [336]; f. 204b ex Cæsario fratre Gregorii Nazianzeni multa [336, 337]; f. 205b Μάτην — νοοῦντες [338]; f. 207 ex Epiphanio de Origene una et dimidia pagina [348, 351, sine signis]; f. 211b Theodori Raithu de Mane sive Manichæo locus insignis; item de reliquis sequentium temporum hæreticis [363, 368, sine signis]; f. 217b Eusebii narratio de Maximino [377]; f. 220 Eusebii locus prolixus de Constantino [587, 588, sine signis]; f. 224 Dialogus quidam μυθικὸς Sylvestri Papæ [391, 398]; f. 226b ex Theodoreto historia Nicænæ synodi [404 sine signis], et postea multa de Athanasio [412, 2, 425]; f. 231 ex Athanasio de vita Antonii [426, 436, sine signis]; f. 235b ex Philone Judæo quædam [430, 432, ubi Mosquensis hiat]; f. 240b ex Theodoreto circa Julianum [444, sine signis : Ἡμεῖς δὲ ὁ. ἐκ π. φησὶ, Θεοδορήτου αὖθις δ. Ἐν Ἀ. μὲν γὰρ καὶ Γ., κ. τ λ.]; f. 244 ex Basilio multa [455, sine signis : Ἐν ἐπιστολῇ περὶ ἑαυτοῦ φάσκει. Ἐγὼ πολλὰν χρόνον προαναλώσας τῇ ματαιότητι πᾶσαν σχεδὸν τὴν ἐμαυτοῦ νεότητα]; f. 251 *ex vita Gregorii Nazianzeni* [473, 6? Ἐφ' οὗ καὶ Γρ. ὁ θ. τῇ παραινέσει τοῦ μεγάλου Βασιλείου πρὸς τὸ Βυζαντίον ἐλθών?]; f. 254 ex Isidoro, ut puto, Pelusiota [483, 484]; f. 255 ex Chrysostomo in statuas [479, 480, Περὶ ὧν φη. καὶ ὁ ἱερὸς Χρ. καταπατήσαντες καθεῖλον]; f. 256 *ex Theodoreto multa* [481, sine signis : Ἀλλὰ τοῦτον ὁ μισόκαλος δαίμων φθονήσας, ὥς φησι Θεοδόρητος]; f. 260 ex Socrate [489, sine signis : K. Π. ὥς φησι Σωκράτης· Συνέδη]; f. 261b ex Chrysostomo [491, 492]; f. 265 ex Isidoro Pelusiota [492, 493 : Ὑπερεθαύμαζεν ἀεὶ καὶ πᾶσιν ἀνεκήρυττεν ἔτι νέῳ τυγχάνοντι καὶ μανθάνοντι (493,26). Πάλιν δὲ προφάσει τοῦ ἀμπελῶνος τῆς χήρας ἐπικαυῆναι συνέδη τὴν Εὐδοξίαν? f. 266 Innocentii Papæ Romæ epistola ad Arcadium. Initium : Φωνὴ αἵματος τοῦ ἀδελφοῦ μου Ἰωάννου. Ejus pauca afferuntur [495 sine signis : 19, a Coisl. omissa]; f. 267 *ex Palladio de vita Chrysostomi* [Καὶ γοῦν ὁ θεῖος Παλλάδιος τὰ περὶ αὐτοῦ διεξιὼν οὕτω φησίν· Οἱ οὖν μετάγοντες αὐτὸν στρατιῶται ἐπὶ τοσοῦτον κατέπειγον διὰ τῆς ὁδοῦ λέγοντες ἔχειν τοιαύτην παραγγελίαν]; f. 271 *ex Gregorio Nazianzeno de patre suo* [Καθ' ἃ δὴ καὶ ὁ μέγας ὑπεμφαίνων Γρηγόριος ἔφη περὶ τοῦ οἰκείου πατρὸς οὕτως· « Οὐ γὰρ ἦν αὐτὸν εὐχῆς ἢ κατάρας προέσθαι ῥῆμα, etc., cum pluribus antecedentibus et consequentibus 500]; f. 281 Dogmata Manichæorum [529]; f. 305 ex S. Maximo ad Joannem Cubicularium [583, 584] — Hæc præcipue adnotanda sunt; nec dubito quin alia Patrum scriptorumque ecclesiasticorum loca hinc inde interserantur, quæ scriptor hic usurpat, non allato auctorum nomine. Cæterum codex est in fine mutilus desinitque in Constantini Copronymi imperium. » (Montfaucon, *Bibl. Coisl.*, p. 419-421).

In loco intricatissimo vitæ Constantini, in qua omnes fere codices miro modo variant, hæc sunt, in quibus Coislinianus, ut E. Miller nobis retulit, a Mosquensi differt : p. 427, 2, ὁ γέρων ἐν πολλῇ ἀθυμίᾳ λέγει. 4 παράκλησιν αὐτοῦ καὶ τῶν πατέρων· ὁ δέ φησιν· Ἐὰν μὲν ἀπέλθῃς. 5 Καὶ ὁ γέρων εἶπε· Οὐκοῦν ἐὰν διὰ τῆς δόξης ταύτης οὐκέτι λέγομαι. 8 τοῦ γέροντος adjunctum. 9 Ἔφη· Διάφημος οὖν γενόμενος Ἀντώνιος διὰ τὰς θείας αὐτοῦ καὶ διαφόρους ἀρετὰς ἔφθασε. 10 Βασιλέων ἡ φήμη αὐτοῦ· Καὶ γὰρ μαθόντες. 11 Κώνστας, οἱ Καίσαρες καὶ υἱοὶ αὐτοῦ ἔγραφον. 12 ἀντίγραφα. 13 δεχόμενος περὶ πολλοῦ [XIX] τινος ἐποιεῖτο. 14 ὡς οἱ πολλοί om. 15 ὅτε γοῦν. 18 λελάκηκεν ἡμῖν. Βουλόμενος οὖν μὴ παραδέχεσθαι, εἶτα παρακληθεὶς ὑπὸ τῶν μοναχῶν πάντων λεγόντων ὅτι. 20 καὶ ἵνα μὴ ὡς ἀπορηθέντες (ut V¹.). 21 οὖν om. 24 ἀεὶ μᾶλλον τὸν θάνατον καὶ τὴν μέλλουσαν κρίσιν καὶ ἀνταπόδοσιν — μόνον τὸν Θεὸν ἀ. βασιλέα καὶ αἰώνιον.

428. 1 Τῷ Θεῷ om. 2 παραινέσει τοῦ θεοφόρου. 4 κ' καὶ ἐν Νικομηδείᾳ τελευτήσαντος ἐτῶν ξε', οἱ τρεῖς υἱοὶ αὐτοῦ ἐκράτησαν τῶν Ῥωμαίων ut V¹, omissis reliquis verbis § 3 cum iis quæ sub textu posuimus. Sequitur in Coisliniano p. 429, l. 11, etc. 5 Κωνσταντῖνον ut V¹. 4 ἔτη ις' ut V¹. 6 φάσκοντες αὐτὸν ἐν τῇ τελευτῇ βεβαπτίσθαι καὶ μέχρι τότε τὸ βάπτισμα ὑπερτιθέμενον. 8 τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν. 10 γε — ἁγίοις οἱ συν in συνδιατώμενος om. 11 καὶ νουθεσίας om. ἀσπασίως τε καὶ — 13 βαπτίσματος. Καὶ ὅπερ ἄλλοις κατεπήγει δέχεσθαι καὶ τὴν σωτηρίαν καὶ ἀπολύτρωσιν τῶν ἁμαρτημάτων θᾶττον καρποῦσθαι διὰ τὸ ἄδηλον τοῦ θανάτου καὶ αἰφνίδιον, αὐτὸς ἀμέτοχός τε καὶ ἀμύητος διεκαρτέρει; μὴ γένοιτο! Γέλως γὰρ τοῦτο καὶ λῆρος καὶ τῆς Ἀρειανικῆς μανίας τὸ κακούργημα.

430. 1 ὑπασπιστὴν αὐτὸν ἀποφῆναι δῆθεν καὶ ὑπὸ Ἀρειανῶν βαπτισθῆναι. Τοίγαρτοι. 6 τοῦ δυσσεβοῦς;

Digitized by Google

om. 6 τοῦ δυσσεβοῦς om. 9 ἐγκατέσπαρται μυστικῶς ἡ διδασκαλία. 10 Καίτοιγε Ἰουδαῖον ὄντα καὶ ζηλωτήν. 11 ἀπολέλοιπε ut Is. ἀπομάχεσθαι φαίνεται. 14 καὶ τὸν Θεὸν λόγον. 17 ϛ̄ ις̄ 20 ἁγίας om.

431. 1 τοῦ ὄντος. 2 φησί. 6 αὐτός om. 8 εἶτα ὁρᾷ μετ' ὀλίγα. 9 ἐμφερὴς οὐδέν. 16 τῇ ἰδίᾳ θρησκείᾳ. 18 καὶ κακόσχολοι adjunctum. 20 εἰς ταύτην.

432. 2 Ὅτι ἐν σοὶ ὁ Θεός. 4 Σαβαὼθ om. 5 πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ. 6 τὴν ἁγίαν ἀνεκφράττε μυστικὴν Τριάδα. 15 σαφῶς γάρ.

SÆCULI XII.

: 3. ***Mediceus*** « XI membranaceus, optimus, chronicon compendiosum e diversis chronographis et historicis collectum concinnatumque a *Georgio monacho* ab orbe condito usque ad obitum Romani imperatoris Constantinopolitani (Montfaucon, *Bibl. bibl.* I. 577) « Χρονικὸν σύντομον ἐκ διαφόρων χρονογράφων τε καὶ ἐξηγητῶν συλλεγὲν καὶ συντεθὲν ὑπὸ Γεωργίου μοναχοῦ. — Continet hic præstantissimus Ἁμαρτωλοῦ codex Georgii monachi *et archimandritæ* (?) *cognomento, quod ipse sibi ex modestia sumpsit, Peccatoris*, circa a. Chr. DCCCXLII clari, quem cum Syncello multi perperam confundunt, Chronicon *ab O. C. usque ad Michaelem Theophili* imperatoris *filium*. — Incipit his verbis : Βίβλος γενέσεως ἀνθρώπων ᾗ ἡμέρᾳ ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀδάμ. Desinit autem in Romano imperatore Constantinopolitano. Ultima verba sunt : Ῥωμανὸς ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ α' νηστειῶν τελευτᾷ, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῇ πόλει διακομισθὲν ἐν τῇ αὐτοῦ ἀπετέθη μονῇ. Hujus historiæ nulla in libros divisio fit, sed capita tantum rerum sive summaria apponuntur in margine ab eadem manu. Codex Græcus membranaceus ms. in-4° majori, sæc. XI. Constat foliis scriptis 270.» (Bandini, cat. codd. Gr. bibl. Laurentianæ, Florentiæ 1768 f° II, 671.)

4. ***Scorialensis*** φ. I. 1, et I θ. 4. VI, γ. 2. 176 in fol. « en parchemin de 176 feuillets écrits sur 2 colonnes et du XIe siècle. Chronique de George Hamartolus (Miller, catalogue des mss. grecs de la bibliothèque de l'Escurial. Paris 1848 4°, p. 140 cf. Cave 583). Supersunt fragmenta e codicibus integris extracta qualia Cramerus edidit, integer vero codex Scorialensis incendio a. 1671 consumptus est, cum cl. Miller catalogum anteriorem denuo ediderit, non vero ipsum codicem viderit.

[XX] 5. *C.* Codex ***Coislinianus*** « 134, olim 301, sæculi circiter XII, membranaceus, a minus perito librario descriptus, constat foliis 311. Χρονικὸν σύντομον ἐκ διαφόρων χρονογράφων τε καὶ ἐξηγητῶν συλλεγὲν καὶ συντεθὲν παρὰ Γεωργίου μοναχοῦ. Init. Βίβλος γενέσεως ἀνθρώπων ᾗ ἡμέρᾳ ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀδάμ. Hujus chronici extrema tantum pars edita est — inter scriptores post Theophanem — in ms. autem nostro sic sine anni nota f. 300 Μετὰ δὲ Μιχαὴλ ἐβασίλευσε Λέων ὁ Ἀρμένης καὶ παραδάτης ὕστερον. In sequentibus item plurima magnaque discrimina reperiuntur. In codice, qui integer est et omnibus suis partibus absolutus, sic historia desinit f. 311 — μήτε μὴν τῇ πολῇ καὶ κακοδοξίᾳ τοῦ φένακος καὶ ἀλάστορος [p. 720, 17 editionis nostræ]. Postea sequitur anacephalæosis chronici sic : Γίνονται οὖν ἀπὸ μὲν τοῦ Ἀδὰμ μέχρι τοῦ κατακλυσμοῦ ἔτη ,βσμβ', etc. » (Montfaucon p. 205, 206). « Nec prologus in eo invenitur nec capitum index. » (E. Miller.) « Codex quem contulit Hasius ad ed. Parisiensem » (Im. Bekkeri præfatio p. VII). Undolscius alteri Georgio ascribendum duxit hujus codicis textum, quamvis in ipso termino desinat quem scriptor prologi sibi constituerat. Tischendorfius (in *Anecdotis*, *Lipsiæ* 1855. p. 95-103) capita CXIV 4, CXV 4, CXXIII 4 hoc e codice edidit cum Par. 1706 collata.

6. ***Synodalis Mosquensis*** n. 252 (non 251 ut Matthæi habet) vel 264, foliorum membranaceorum in-4° 209, linearum 37 usque ad annum 6626 = 1118, sed adjuncta notitia XXV annorum Jo. Comneni, igitur usque ad a. 1143 continuatus, et quidem ab eadem manu, unde ipse codex haud multo recentior esse videtur. Inscriptio cum præfatione et initio usque ad p. 44, l. 24 νιτικήν editionis nostræ periit atque cæteris e codicibus hæc suppleta sunt, scl. præfatio e Vaticano 153, initium e Monacensibus, clarissimi Tafelii cura descriptis, foliorum vero primum quaternionis IZ, Slavonice inscripti ѕI, in vita Constantini omissum e Monacensibus et Vindobonensibus quorum lectiones doctissimus præfectus bibliothecæ Vindobonensis Miclosich humanissime nobis transmisit. Aliud folium (quaternionis K = IH) quod in vita Justiniani desideratur, ope codicis Coisliniani 305 ab amicissimo Emanuele Millero nostrum in usum descripti, instauratum est.

Quaterniones exstant Slavicis litteris A — KZ signati XXII, quorum ultimus tribus tantum foliis constat, cæteri octonis, Græci autem fuerant duo plures ab initio ; nam p. 88^b^ legitur IΓ, Slavice AI, 96^b^ IΔ = BI, 104^b^ IE = ΓI, 127° IH = ҂I, 159^b^ KB = K, 174^b^ KΔ = KB.

Primus et secundus quaternio, cum XXXII paginas continuissent, quarum singulæ uni et dimidiæ fere editionis nostræ respondent, sequitur iisdem in XVI foliis deperditis XLIV primas paginas nostras, et quidem prologo non excepto, revera fuisse. Ultima folia 205 209 cum misere attrita sint, videtur codicem sine compage diu jacuisse ac eo modo initio suo destitutum esse. In folio chartaceo quod compactor Rossicus in fine alligavit, legitur, Rossico sermone, « In hoc codice 209 sunt folia. Notavit et numeravit Petrus Alexandrov. N. 252, alius annalista; » et verso : τῷ μὲν εὐτιχοῦντι πάντες ἄνθρωποι φίλοι, τὸν δὲ διστυχοῦντα οὐδ' αὐτὸς ὁ γεννήτωρ φιλεῖ, in membrana, vero 1^a^ Rossico idiomate « e bibliotheca Synodali et subscriptum jussu sanctissimæ synodi ; » 1^a^ legitur etiam numerus antiquus ις' (XVI) 209^a^ 1775. Maio mense.

Multa in hunc codicem e margine irrepsisse videntur quæ 1° *ex alio libro* (ἐξ ἄλλου βιβλίου) annotata erant, cf. p. 68, 3; 81, 6; 180, 1; 544,8 et 551 sub textu, quæ Eusebii non sunt, sed Procopii 548, 10,

Digitized by Google

et exegetæ Alexandrini 569, 19; cf. 551 de [XXI] Justino II, cæteris in codd. desiderantur; 3° e *Logotheta*, τοῦ Λογοθέτου p. 89, 18 (14ᵃ), 721, 4, (182ᵃ) et 851, 21 (205ᵃ). Quæ ultima cum sint Georgio recentiora, a continuatore ejusdem qui Logothetam excerpsit, adjuncta sunt, ex. gr. in Vita Theophili § 19-29 quæ Coislinianis in codicibus desunt, sed aliis in codicibus ampliora inveniuntur quam in breviario Symeonis edito. Post notas marginales in textum insertas, Georgii ipsius textus resumitur formula Γεωργίου, ut 14ᵃ, adjecta. Quare notæ illæ aliis e libris quibus scriptor usus est, codicis margini ascriptæ neutiquam argumento inservire possunt ipsum textum Georgii non esse, sicut Undolscius voluit p. 10 et 33 dissertationis suæ de Hamartolo scriptæ, sed potius probant Georgii verba ab iis diserte distingui quæ aliis e fontibus huic codici a librario inserta sunt. Simili modo codici inserta esse videntur et reliqua, quæ *Mosquensis solus* habet, ex. gr. c. CXI, 20-22, de quatuor Herodis filiis, ubi Cedrenus et interpres Slavonicus § 21 tantum noverunt; CXXV, 3, et CXXVII, 1, de Vespasiano, cum Cedrenus secundum locum, non vero utrumque referat, Slavonicus primum; c. CXXXVI, 5, mentio Cerdonis in Adriani Vita facta apud eosdem deest, et ab ipso Georgio in Vita Antonini CXXXVI, 6, reperitur, ubi (§ 4 et 5) Bardesanes bis memoratur, Cedreno et Leone cum § 5 consentientibus. Iidem leones occisos cum Georgio (CXL, 8) Commodo, non Marco attribuunt, ut CXXXVIII, 6 legitur; c. CXLVII, 1° nominatur Maximus, qui (§ 3) cum Cedreno et Leone vocatur Maximinus; CL Balbinus junior cum Cedreno post Pupinum memoratur, sed CLI, 2, post Gordianum; Leo hunc imperatorem penitus omisit; CLIV, 1, 2, Valerianus bis nominatur; Cedrenus secundum tantum locum repetiit; CLXXXVI, 2 et 5, Diocletiani Maximianique finis bis, a Cedreno secundum § 2 memoratur. Cf. CLXXVII, 7, 12, CLXXXI, 7 et CLXXXII, CLXXXI, 1-8 et CLXXXIII, 7, CLXXXVII et CLXXXVIII, 1, CLXXX, 3 et CLXXXIII, 2, CLXXXIII, 6 et CLXXXVI, 7, CC, 1, 3, CCXVII, 3 et CCXXIX, 8, CCXXXIII, 1 et CCXXXVII, 1, præcipue vero CLXXXVII, 3, quæ sub textu edita sunt, quia nullo alio in codice inveniuntur, CCLIII, 7 Anastasii patriarchæ verba et sortem, quæ 27 de Constantino repetuntur, 33 et 40 expeditionem in Bulgaros iisdem verbis relatam, CCXXVI, 6, in fine visionem monasticam, CCXXVI, 6, 7, 22, CCLVIII, 2, 3, 4, CCLXII, 1, 2, 6 et alia plus minus apocrypha, ex. gr. c. CCLXIII, 10, 11, quæ in § 3 ejusdem capitis et CCLXIV, 3, repetuntur.

In *margine* vero codicis vel laterali, vel superiori, vel inferiori *inveniuntur* a prima manu ascripta *quæ Cedreni et Leonis in textum transierunt*. Prima ejusmodi nota legitur f. 2ᵇ προσκυνοῦμεν καὶ κηρύττομεν τοῦτον μόνον εἶναι Θεὸν ἀληθινὸν καὶ πάσης κτίσεως (editionis nostræ p. 49), secunda : 4° ad p. 53; Ἐνεσκοπίαν λέγεται ἐξευρηκέναι Τιλεγόνα, tertia ad 53 : Ποσιδῶνος σύγγραμμα, quarta ad 53 : Τοῦτο συνέγραψε Σινοκράτης, quinta ad 53 . Τοῦτο συνέγραψε Πόλις; 8ᵇ Καὶ Ἥφαιστος πάρ' Αἰγυπτίοις ἐδυνάστευεν. = Ced. 35, 12; 47ᵇ ὁ σίκλος τὸ τέταρτον τῆς οὐγγίας (unciæ). Confer editionis nostræ p. 83 cum Leonis et Glycæ locis ibidem laudatis, p. 117 cum Cedreno; nota p. 129 in neutro invenitur; notæ marginales p. 158. 446,528** a Cedreno receptæ sunt, 698** et 699*, c. CCLXII, 7, 9 a Par. 1705; f. 98ᵇ in margine legitur notitia de pulvere aureo Aureliani tempore de cœlo delapso (p. 361***), quam ipse scriptor p. 369 se ejus imperatoris in vita retulisse affirmat; similiter p. 371 et 372 iidem martyres in margine enumerantur qui p. 372 in textu sunt; sed p. 390 nota marginalis Vindobonensis a Mosquensi in textum recepta est, cf. notas pp. 279, 392, 399, 401, 402, 409, 413, 414, 415, 426 (cum textu 437), 428, 564, 671. Plures notæ marginales erasæ esse videntur, ex. gr. [XXII] de Origene 94ᵇ, 99ᵇ, 109ᵃ; aliæ cum margine perierunt (96, 104, 107, 108, 110, 123 — 125, 131, 132, 138, 174, 180, 182. Cum notis ibidem deletæ sunt etiam *rubricæ*, quæ tum minores, tum plures sunt numero quam in codd. Paris. 1706 et Monacensi. Scriptus est hic codex 1° atramento flavescente, quod sæpius evanuit, præcipue in notis marginalibus et in litteris initialibus quæ in marginem interiorem inter duas lineas stylo exaratas positum productæ sunt; illa marginalia vero inter secundam et tertiam vel extremam sunt notata, interdum vero vel intra lineam superiorem transversalem vel supra duas lineas inferiores sunt exarata. Nigriore atramento et a secunda manu, multum recentiore, scriptæ sunt emendationes nonnullæ vel annotationes, suis locis a nobis relatæ ex. c. ἣν ante ἡμέραν p. 279; 2° litteris minusculis; 3° spiritibus rotundis, apostrophes signis nullis; 4° ι nec subscripto nec ascripto; 5° punctis et virgulis distinctis, sed 6° nullis interrogationis signis; loci aliorum scriptorum in margine hoc signo > indicantur; 7° puncta super ι et υ rara ex. gr. ἐκλίπαρῶν p. 282; 8° compendia plurima, in una pagina 208ᵃ fere L, nec sine periculo erroris resolvenda; 9° ν ephelcysticon ante consonas quoque ponitur. 10° Itacismi errores frequentissimi ex. gr. p. 278,7 ἀντιχρήστου, οὐάλις, sicut et 11° alia sphalmata; cf. p. 277,2, ἐτελείτω προσευχ˜, 5 ἐκτενῆς, 14 τοῖς — Ναυατινούς, 286,11 καταπατοῦντας a prima manu correctum, superscripto ε, 304,14 ὁ θεῖα δίκη, 305,15 τίνι — μεταβολήν 12° Multa in margine inveniuntur a prima manu notata ex. gr. Σή = Σημείωσαι ad p. 277,24 et 277,2, et sæpissime ὅρα 281,1, etc. ὅρα τὸ ἐλεεινὸν τὸ μέγα τοῦτο 288,6, ὅρα καὶ φυλάττου ἀπὸ τῶν τοιούτων 334,25, ὅρα φοβερὸν 328,16, nomina prophetarum in textu laudatorum 295, ἐκ σοῦ pro ἐξ οὗ 301, 26.

SÆCULI XIII.

